Quelle: http://manuscripta.at/?ID=8999
Copyright: Melk, Benediktinerstift

eum statim arefacta est. Multe itaque orationes et obsecrationes fiebant ad dominum pro eo.
et sic restituta est manus eius. Et leuantes corpus eius portauerunt ad antio
chiam. Omnis autem populus qui erat in circuitu regionis illius plangebant quia ta
les reliquie tollebantur ab eis. Et cum uenissent antiochiam in uico qui dicitur
merope nullus potuit mouere eum. Quidam homo cum esset annorum xl. surdus
et mutus cecidit prius ante feretrum et clamauit dicens. Bene uenisti serue dei
tuus enim aduentus saluauit me. Et tibi seruire desidero omnibus diebus uite
mee. Et eleuans se adprehendit unum de burdonibus qui portabant feretrum. et
sanus factus est homo ex illa hora. Tunc exeuntes omnes de ciuitate antio
chia susceperunt corpus sancti symeonis cum psalmis et ymnis et canticis et lampa
dibus portaueruntque in ecclesiam maiorem. et inde statuerunt in ecclesiam aliam.
que uocatur penitentia. ibique honorifice sepultus est. Maiores enim uirtutes
faciebat post sepulturam quam in uita sua. Et homo qui sanus factus est ibi ser
uiuit usque in diem mortis sue. Multi atque innumabiles populi obtulerunt
munera episcopo antiochie poscentes reliquias de corpore eius. sed propter iusiurandum
nemini dedit. Ego humilis et peccator antonius sicut potui lectionem hanc bre
uiter exposui beatus autem qui habet in libro suo illam scriptam et legerit in ecclesia
et in domo dei et commemorationem eius fecerit. mercedem ab altissimo recipiet. vide plenius [illegible] filio
cui est honor et gloria in secula seculorum Amen. Passio sancti Iuliani Mar.

In diebus illis adueniens antiochiam marcianus preses. ita in amore idolorum F viii. Id.
sacrilegus et profanus exarsit. ut non uilla non uicus remaneret. ubi non simu Ian.
lacra demonum collocaret. Iussit etiam ut siquis aliquid aut emere uellet
aut uendere. prius ydolis immolaret. Cumque audisset beati iuliani fidem.
conuocat assessorem suum. et iubet eum ad beatum iulianum uenire. ut cum omnibus
suis secundum decreta principum immolaret. Assessor uero pergit ad locum ubi sanctus iulia
nus deo uacabat. ad quem locum multitudines sacerdotum leuitarum uel omni
um ministrorum ecclesiarum confugerant. persecutoris rabiem declinantes. Nunti
atur sancto iuliano assessorem iudicis cum principe et primatis ciuitatis pro foribus esse.
Tunc sanctus iulianus armat frontem crucis uexillo. et scuto fidei firmat pectus.
et iubet eos ingredi. Tunc assessor iudicis dixit. Puto non te latere iulia
ne sacratissimorum principum decreta quibus mundo subueniunt. ut una sit apud
omnes deorum cultura. Nam dominus meus marcianus audiens generis tui nobile
stirpem. hoc pro sua sapientia decreuit. ut secundum moderationem legum gratiam con